Laur. Redianus 202 f. 45–48 Inizio nel testo fino a f. 45 Rgnelli III, 851–858

ros: Gesta triumphalia de Pisanis [illegible]

MLXXVIIII. Januensis populus per latrocinium ad Vadense castrum devenit; tunc Pisani ad Rapallum viriliter pervexerunt et castrum igne succenderunt et plurimos eorum gladio interfecerunt, viros ac mulieres manibus post tergum ligatis captivos tripudiantes perduxerunt; tunc Pisani hac triumpho revertentibus Januensibus obviaverunt. Et pene usque domos eorum fortiter illos infugaverunt. Hoc fuit tertio Idus Maii.

M. Landulfus Pisanus episcopus, Mediolanensis genere, obiit VIII. Kalas Novembris.

MLXXXVI. Girardus genere Pisanus, eiusdem ecclesie episcopus, VIII. Idus Maj obiit et eodem anno valida fames, maxima mortalitas fuit fere per totam Italiam. Vendebatur enim sextarius tritici V sol.

MLXXXVIII. Fecerunt Pisani et Januenses stolum in Affrica, et ceperunt duas munitissimas civitates Salmaliam et Lbiliam in die sancti Sixti. In quo bello Ugo vicecomes, filius Ugonis vicecomitis, mortuus est. Ex gentibus civitatibus, Saracenis fere omnibus interfectis, maximam predam auri et argenti, pallorum et hornamentorum abstraxerunt. De qua preda thesauros Pisane ecclesie in diversis ornamentis mirabiliter amplificaverunt et ecclesiam beati Sixti in Curte veteri edificaverunt.

MC. Jerusalem a Christianis capta est XVIII. ~~Kal~~ Kls Aug.

MLXXXXVIIII. Concremata est pene tota Kinthica VI. non. Julii. Et stolus Pisanus in Jerusalem civit cum navibus circum viginti, de quo stolio Saiberto eiusdem ecclesie archiepiscopus fuit ductor et dominus, qui tunc temporis in Jerusalem patriarcha remansit.

× MCI. Tota Kinthica exusta est de quo igne flante vento × f. 49c. pene tota foreporta conservata est III° non Julii.

MCVI. Saibertus venerabilis ecclesie Pisane archiepiscopus portea per gratiam Dei ~~archiepiscopus~~ patriarcha Jerosolimitanus in civitate Messana obiit in pace XVII. Kl Julii.

a) Non fuit ars [illegible] Dietrichsen Lista.

b) Vgo c.

b) horamentorum

dns

apparet fo, cuiusq Kinthica